4078 Mantuae *da me scoperta nella chiesa di S. Agnese dietro alla lapida di S. Agostino, che ora si trova nella chiesa della Trinità* VOLTA. Deinde in museo n. 140.

protome

P · RAIVS · F · FAC · CVR *sic*
LEGE · NVNC · VIATOR · NOMEN · IN · TITVLO · MEVM
MEMORIM · HABETO · ESSE · HANC · MORTALEM · DOMVM
VALETE · AD · SVPEROS · VIVITIS · VITAM · OPTVMAM
SI PIIO DVM VOLVI BENE

Contuli. Ed. non bene Labus 3, 239 tab. 41.
5 in. S mihi certa visa est, deinde post I spatiolum interponi puncto fortasse expletum, tum sequi P (vel R) II (vel H); de O dubitari non debet.

4079 Mantuae *disseppellito nell' aja del casino degli Angeli nel 1753* DEL FIORE. *Una lapide trovavasi a piè dello stipite della porta rustica* [domus quae fuit comitis Marcelli Donati] *fatta scopo d'ogni immondezza, e di la poi tratta ultimamente per opera del P. Alessio Fiori Gesuita, che l'ha fatta riporre sotto una loggia del casino detto degli Angeli fuori di porta Predella di ragione di questo collegio* VISI ms. apud Arcum. In suburbano Iesuitarum ZACCARIA (1762). Ex eo suburbano venit in museum, ubi est n. 115.

protome

L · SENTIVS
C · F · ANI

Contuli. Habent abbas Franciscus Alexius del Fiore Bononiensis *iscrizioni Romane antiche a Mantova appartenenti e dedicate al chiarissimo Sig. Abbate Severio Bettinelli* (cod. ms. bibl. regiae Mantuanae G. III. 28) n. 50; Visi ms.; Volta ms.; Zaccaria it. litt. 2, 123; Borsa p. 21; Labus mus. Mant. 3, 68 tab. 12.

4080 Mantuae in capella S. Petri penes altare S. Mariae FELIC. similiterque MANUT.; in altari S. Michaelis inter S. Petrum et S. Paulum IUC.; in S. Michaelis LIG.; in ecclesia cathedrali MAFF. et OTTOB.; *sopra un pilastro della capella di Nostra Signora Coronata nella cattedrale* AMAD. similiterque VISI. Deinde in museo n. 119.

protome mulieris

SENTIAI · C · F
MAXSVMAI
VXORI

Contuli. Habent Felicianus in add. cod. Veron. n. 9 (a Marciano abest) et ex eo omnino Mur. 742, 1 ex schedis suis confusam cum n. 4059 praecedente apud Felicianum; Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 323, 6; Grut. 1041, 4 ex Apiano et Verderianis); Pacedianus l. II; Manutius cod. Vat. 5237 f. 452'; Ligorius ms. Taur. 11; Agn. Maffei p. 79 et cod. Ottobon. 1266 n. 9 et Amadeus ms. 1 f. 7 ex Apiano omnes, sed loco addito de suo; Visi ms.; Volta ms.; Borsa p. 21; Labus mus. Mant. 3, 68 tab. 12.
1 SANCTAI pro SENTIAI Lig.

4081 Mantuae LIG. *Nel giardino del duca nel pallazo vecchio* MANUT.; basis in palatio veteri ducis sub porticu quam aedificavit Isabella Estensis GRUT.

Q · SERTORIVS
Q · F
FESTVS

Manutius cod. Vat. 5237 f. 452'; Ligorius ms. Taur. 11 (inde Gud. 331, 7); Grut. 923, 8 ex Velseri schedis (inde Labus mus. Mant. 3, 335).
Q · SERVILIVS Q · | FILIVS (om. FESTVS) Grut.; eandem esse non dubito.

4082 Mantuae.

D · M ·
TATIANO · FILIO · FECIT
MATER

Servavit Ligorius ms. Taur. 11 (inde male Gud. 245, 6), cui in hac non recte diffideres.

4083 Mantuae apud comitem Marcellum Donatum.

M · VETTIVS · M · F
MARCELLVS
FVLVIA · P · L
M A R I T A

Grut. 1000, 8 ex Velseri schedis (inde Labus mus. Mant. 3, 350).

4084 Mantuae in ecclesia S. Benedicti rep. a. 1785, deinde in museo n. 99.

HIC RQ IN PACE THOMAS VH NE
GOTIATOR PENT QVI VIX · ANN
PLM · XXV DEP SVB · XI KAL · MAR · IND I
SEXiES P C · PAVLINI · IVN   p. C. 540 Febr. 19

Contuli. Ed. Borsa p. 27; Labus mus. Mant. 2, 34 tab. 4.
Cf. Rossius inscr. chr. 1, 489. Indictio requiritur tertia.

XLII. *Ager inter Mantuam et Cremonam.* BETRIACVM *(prope Calvatone).*

Complexi sumus hoc capite titulos eruderatos inter Mantuam et Cremonam in planitie inter Ollium Padumque fluvios (nam inter ipsam Mantuam et Ollium fluvium nulli adhuc prodierunt), scilicet Pomponeschi ad Padum, deinde Sabbionetae (demptis enumeratis n. 436*, quos probabile est eo allatos esse ex urbe), tum ad Calvatone et Scandolarae Ravarae. In his ipsis locis Betriacum fuit insigne apud rerum scriptores propter duplex proelium anno p. Chr. 69 ibi commissum, quorum priore Vitelliani Othonianos devicerunt, posteriore ibidem profligati sunt a Flavianis. Betriacum (sic Plutarchus Oth. 8. 11. 13; Suet. Vit. 10. 15; Oros. 7, 8 secundum codices, ut videtur; Victor epit. 7, 2; inde corrupta *uetriacum* Hieronymi chr. a. Abr. 2084; *bretiacum* Suet. Oth. 9 Vesp. 5; *betricum* Eutrop. 7, 17 sec. cod. Goth.) sive Bedriacum (ita Tacitus hist. 2, 23. 39. 44. 49. 50. 57. 66. 70. 86. 3, 15. 20. 26. 27. 31, ut codex in hac scriptura perpetuo sibi constet; Plinius h. n. 10, 49, 135; Ioseph. b. Iud. 4, 9, 9, is fides editoribus; inde corrupta *brediaco* Rav. 4, 30; *beloriaco* Peutingeranae; *bebriaci campo* Iuvenalis 2, 106 cum scholiis adh. l. et 2, 99) quo loco fuerit, satis ostendunt testimonia duo inter se fere consentientia, alterum Peutingeranae, ubi sic est: *Cremona* — M. P. XXII — *Beloriaco* — . . . . — *Mantua* — M. P. XL — *Hostilia*, esse autem debuit sic: *Cremona* — M. P. XXII — *Bedriaco* — M. P. XL — *Hostilia* (vide quae dixi in Herm. vol. 5 p. 163), alterum scholiorum ad Iuvenalem 2, 99: *horum* (Othonis et Vitellii) *bellum scripsit . . . Pompeius Planta, qui ait Bebriacum vicum esse a Cremona vicesimo lapide* et ad 2, 106: *Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam.* Fuisse prope Cremonam etiam Plutarchus ait (Oth. 8); Tacitus autem collocans Betriacum *inter Veronam Cremonamque* (hist. 2, 23) quamquam minus proprie locutus est, tamen excusari potest, nam ex narratione secundae pugnae a. 69 ad Betriacum commissae colligitur a via ea, quae Cremona per Betriacum pergit ad Mantuam Hostiliamque (quae est *Postumia via* commemorata apud Tacitum hist. 3, 21), ad Betriacum divertisse alteram item publice stratam, quae recta duceret Veronam; a qua vici collocatione in diverticulo viarum duarum pergentis iuxta Padum et ducentis in Raetiam magnum eius in rebus gerendis momentum pendebat. Itaque fuerit necesse est prope Calvatone vicum, ubi quod reperti sunt tituli non multi quidem privatique omnes, maiore tamen numero quam in alio ullo loco huius regionis a titulis fere destitutae, opinionem supra positam hodieque apud Cremonenses receptam stabilit. Betriacum vicus dicitur Tacito 2, 23 et schol. Iuv. 2, 99, πολίχνη Plutarcho (Oth. 8); cuiusnam oppidi fuerit, neque auctores enuntiant nec tituli declarant, fuit tamen omnino sub Cremona. *Artani*, quorum iuventuti collegium aliquod titulum dedicavit n. 4088 repertum ad Calvatone, quo pertineant, ignoramus.